

Sammlung



ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ

IN HONOREM

Nuptiarum

REVERENDA VITAE SANCTIMONIA

*& religione, doctrina laude, omnium virtutum
gloria Praecellentissimi Iuvenis-Viri*

Domini

M. SIMONIS SIBERI,

Pastoris Ecclesiae Kroppenstadensis
fidelissimae ac vigilantissimae,

SPONSI,

Et

*Qua virtute, qua pudicitia, qua castitate, qua pietate
praestantissima virginis*

MARGARETAE Hechts!

Dn. JOHANNIS Hechts / Civis Parthenopolitani
primarij Filiae, SPONSAE,*Dominica Esto mihi, Anno Epoches Chri-
stianae 1616. Celebrandarum.**Honoris, moris & clientelae ergo conscriptum*

A

BURCHARDO HEILIGENBRODT, Croppensta-
densi, illustris, quod est Isleby, Gymnasij alumno.



Ars una septem Grajugenùm Bias,
Firmabat altas quèis sapientia
Mentes, in intimis medullis
Flammea tela gerenti amoris,

Periculosa plenum opus alexæ est,
Dixit, priorem puniceâ rosâ
Virgunculam ducens, capillo
Malobathro syrio nitentem;

Fallet maritum perfida credulum,
Cervice rectâ stabit ad oscula,
Videbit, inpermissa raptim,
Gaudia donet ut impudico.

Cûivis petitem sevitîâ proco
Nullâ negabit, compare simplici
Tori remoto, ibit, redibit
Dedecorum pretiosus emtor.

Matura verò si tibi ducitur
Virgo, decorus quam color aut motus
Non ornat, ora nec renident
Æmula purpureo cruore,

Illam indecoram non Phrygius lapis,
Nec purpurarum Sidere clarior
Pollens amictus est decori,
Digna nec est face nuptiali,

Illam.

Illam tueri lumine amabili
Horrebis, imum corripiet timor
Pectus, Deos jurabis omnes,
Quod sit ea Eumenidum propages.

Ast urna acuti iudicis, ô Bias,
Insanientis te sapientiæ
Condemnat ac tenebricosam
Ditis adire jubet cavernam.

Annon maritam clarat honor statæ
Formæ? Suam num nulla merebitur
Laudem, statim quæ non colore
Æquiparanda Helene Lacenâ?

Te maço clarâ laudis adorea,
SIBERE mystes dogmatis Enthei,
Tibi sapit mens, cordis hilum haut
Insipiens sapiens habebit.

Non hac ocelli despiciunt tui,
Num virgo splendet purior hespero,
Num tinctus & tuæ puellæ
Muricibus Tyrijs amictus,

Pulcri voluptas corporis haut tibi
Flammas amoris pectore suscitât,
Delectat & brutum voluptas
Corporis, abs rationis usu.

Tranquilla morum temperies, domus
Recte regendi docta peritia
Ac fama ceu calente pinnâ
Rettulit, & pietas cor urit.


Tam multa in uno corpore munera
Ignes amoris pectore suscitant
Tuo SIBERE, quo clues &
Nomine terq; quaterq; felix.

Te mille munis mirifico beat
Dono secundi connubij bonus
Author, ter-optimus Jehovah,
Pectora salvificis beata.

Ut è cathedris exsatures cibus,
Consors jugalis ritè tori data,
Curâ administrabit fideli
Officiumq; domi subibit.

Vobisq; tantum perpetuum velit
Donum, & beatâ prole genus beet
Vestrum, senectæ fulcra quæ sint,
Atq; pios referant parentes;

Vitam sequestrâ lege Deus bonam
Prolonget, atris amplifcet moram,
Fatis, beatâ & det fruiscei
Lœticiâ super axe serò.



*Islebij, Per IACOBUM GUBISIUM excu-
debatur Anno 1616.*

99 A 6908

ULB Halle 3
002 927 25X



Handwritten initials: JB

Retro 1

VDA 17





MION

D R E M

im

SANCTIMONIA

, omnium virtutum

Iuvenis-Viri

SIBERI,

oppenstadenſis

lantiffimi,

I,

*à caſtitate, quâ pieta-
virginis*

Æ Hechts!

is Parthenopolitani

ONSAE,

*no Epoches Chri-
andarum.*

ergò conſcriptum

BRODT, Croppenſta-
Gymnaſij-alumno.

